

***Apologeticus contra beatum Bernardum Claraevallensis abbatem et alios
Berengarii Pictavensis pondusque suus in Historia Philosophiae****

Natalia Jakubecki

Petrus Abaelardus, iuste dicitur Rhinoceros¹, iram scilicet collegarum et multorum clericorum provocare valuit, quod demonstrant duae damnationes conciliares: primam in Concilio Suessionensi (anno 1121), quod a Alberico Remensi et Lotulfo Lombardi erat incitatus, et secundam in Concilio Senonensi (anno 1141), ab Bernardo Claraevallensis. Multum scriptum est non solum super his, sed etiam de invidiis, obirationibus et suspicionibus haeresis quae Magister propter sententias controversiosas suas incitabat. Si paucae transcriptiones posteriores operum ejus factae sunt (sive quia Abaelardus condenatus erat, sive quia novae traductiones operum Aristotelis doctrinam Abaelardi obsoletam fecerunt, sicut suggestit Verger)², et insuper addimus exiguas vel irritas mentiones sententiarum Petri in operis aliorum philosophorum, videtur quod persona Abaelardi et philosophia eius unice nunc habent momentum, in suo tempore autem immo despectae erant.

Sed contra hoc Magister Petrus ipsum narrat in *Historia calamitatum mearum* quomodo multitudo discipulorum erant iuxta se in Paraclito. Et Iohannes Salisburiensis, alumnus suus in monte sanctae Genovevae, in *Metalogico* simile narrat. Et praeterea, nonnullae carmina goliardiensis sunt quae Abaelardo laudant ut *Metamorphosis Goliæ Episcopi*³. Haec testimonia etiam non a historicis philosophiae sufficientes sunt qui potius ad iras motas quam adhaesiones attenderunt. Notitiae tunc multorum sectatorum habemus. Inter eum peculiarior est Berengarius Pictavensis, scholasticus.

* Hoc opusculum correctum et extensum est ex prima forma exhibita in XV Congressus Latinus-Americanus Philosophiae Mediaevalis, effectus in aprile 2015, Sanctiacobi Chilia.

¹ Cf. *Beati Gosvini Vita*, ed. R. Richardi Gibboni, 1620, p. 79.

² Cf. Jacques Verger, “De l’école d’Abélard aux premières universités”, Jolivet, J. atque Habrias, H. (dirs.), *Pierre Abélard. Colloque international de Nantes*, Condate Redonum, Presses Universitaires de Rennes, 2003, p. 25.

³ Cf. ibidem vv. 54-59.

Berengarius opusculum appellatur *Apologeticus contra beatum Bernardum Claraevallensem abbatem et alios qui condemnauerunt Petrum Abaelardum* scripsit. Id est vera denuntiatio contra Bernardum atque raram narrationem concilii Senonensi in qua turpitudines ac abusum potestatis adversus carum magistrum eius inflammatus accusat. Haec phantastica epistola quae ambit esse defensionem non ostendet factos differri ad quos nos credimus, sed vero fidelitatem, immo, fanaticum furorem quem Magister Pallatinus excitabat. Hoc quoque pars Historiae Philosophiae est, sicut Gilson dixit⁴. Hic enim post exhibitionem opusculi et auctoris, pondus in nostra disciplina considerabunt.

Paucum est quod de hoc “raro apologo”⁵ scimus qui in iuventute audax cum calamo honorem paeceptoris sui propugnavit. Nescimus regulam ad quam subiectus est, sed per easdem verbas suas possumus putare quod quoddam nexum cum cisterciense ordine habuit, quoniam Bernardo scripsit: “Neque certe in incerto loquimur opinionis, sed testis est alumna tui patria nostri sermonis”⁶. Berengarius videlicet magnam educationem et culturam habebat quae demonstrantur a scientia eius in artibus trivii et ecclesiae Patribus et paganis auctoribus. Rémusat dixit quod inter multas puerilitates et invocationes –ornatus debitos ad litteratos– possibile est reperire verum ingenium satyricum, liberum spiritum et eloquentem argumentationem⁷. Post multos annos, in retractatione ad episcopum Mimatensem –scripta ante annum 1150– Berengarius dicet de suo *Apologetico*: “si quid in personam hominis Dei [scilicet Bernardum] dixi, joco legatur, non serio”⁸, quia erat “ea tempestate adolescens, nondumque impuberes malas nubes lanuginis

⁴ Cf. Etienne Gilson, *The Mystical Theology of Saint Bernard*, Novum Eboracum, Sheed and Ward, 1940, p. 167.

⁵ David Luscombe appellat Berengarium “bizarre apologist” in scripto “Berengar, Defender of Peter Abelard”, *Recherches de Théologie ancienne et médiévale*, XXXIII, 1966, p. 319; et quoque in suo libro *The School of Peter Abelard*, Cantabrigia, Cambridge University Press, 1969, p. 29.

⁶ *Apologeticus*, PL.178, 1857A. Super hoc, vide André Duchesne, *Petri Abaelardi Opera Omnia*, Parisius, 1616, p. 302, ubi dicit quod Berengarius erat simplex scholasticus; et Jeffrey Sikes, *Peter Abailard*, Cantabrigia, 1932, p. 233 et seq. Illico arguit quod Berengarius erat monachus.

⁷ Cf. Charles Rémusat, *Abélard*, Parisius, Ladrage, 1845, p. 234.

⁸ *Epist. ad episcopum Mimatensem*, PL. 178, 1873B.

adumbrabat, eratque mihi velut scholastico animus inficta crebro materia declinare”⁹.

Opusculum, immo denuntiatio, incipit cum oppugnatione contra Bernardum, quo crudeliter Berengarius criminatur agendi in Abaelardum: “In via Christi ambulans, tanquam sicarius de occulto prodiens, tunica inconsutili spoliasti”¹⁰ dicit referendo ad epistolam quae Bernardus Inocentio II misit dum Abaelardus veniebat ad curiam. In principio epistolae irridet sanctitatis Bernardi; in fine, errores –minutos vere– in operibus eius reperit. Verbi gratia, quod in sermone super *Cantica canticorum*, Bernardus “repente mortem sui fratris inducit”, et criminatur sic: “Tu vero terminos transgrediens, quos posuerunt patres tui, *Cantica* in elegos, carmina in threnos sorte miserabili convertisti”¹¹, id est, Bernardus genera rhetoricae transiit, terribile sacrilegium secundum orthodoxam visionem humanioribus litteris exculsi, qui corrigit vocando *Artem Poeticam Horatii*. Et rursus quod Abbas scripserat in *Diligendo Deo* “modus diligendi Deum est sine modo diligere”, Berengarius criminatur hoc modo: “Dum itaque rethoricari voluisti, et obscuritatem dedisti et quiddam inopium atque impossibile confecisti, dum Deum sine modo diligendum docuisti”¹². Habente Berengario mentem scholasticam, haec manifesta contradictio ostendebat et ei Bernardus liberalium disciplinarum ignarus erat¹³. Sed Bernardus mysticus erat, non dialecticus.

Intentio Berengarii patescit: monstrare quod oppugnator, Bernardus, quoque erravit et ergo non infallibilis erat. Ei dicit: “Tu, quare errasti? Aut sciens aut nesciens errasti: Si sciens errasti, hostis Ecclesiae comprobaris; si nesciens errasti, quomodo es defensor Ecclesiae, qui errorem nescis discernere?”¹⁴. Ideo apud errores Petri –quos Berengarius minime negat– Abbas cisterciensis debuisset habere misericordiam et non iram:

“Sed corrigere, inquit fautores abbatis, Petrum volebat [...] Ex qua complexione in summam redigitur te in Petrum exarsisse non amore

⁹ *Epist. ad episcopum Mimatensem*, PL. 178, 1872A.

¹⁰ *Apologeticus*, PL. 178, 1858B.

¹¹ Cf. *Apologeticus*, PL. 178, 1863C-1866B. Hic, 1864C.

¹² Cf. *Apologeticus*, PL. 1867D-1868B. Hic: 1868A.

¹³ *Apologeticus*, PL. 178, 1857A.

¹⁴ Cf. *Apologeticus*, PL. 178, 1863A.

correctionis, sed desiderium propriae ultionis. Praeclare dictum est a Propheta: ‘Corripiet me iustus in misericordia’¹⁵. Ubi enim deest misericordia non est correctio iusti, sed barbaries incondita tyranni’¹⁶.

Et praeterea addit, “Patere, quaeso, Petrum tecum esse christianum. Et si vis, tecum erit catholicus. Et si non vis, tamen erit catholicus. Communis enim Deus est, non privatus”¹⁷. Et denique, quasi minitaur Bernardo ei dicendo: “Non est negotium misericordis culpam augere, sed minuere”¹⁸. Berengarius autem his bruto incurso contra Bernardum retractabit in epistola ad episcopum Mimatensem supra citata.

Sed inter hanc declamationes, iuvenis Berengarius raram et quasi fictam narrationem facit de nocte qua Abaelardus damnatus est. Noster ardens apologus exhibet se ipso ut inimicus Bernardi praelatorumque sed non catholicae fidei; Rémusat ideo putat quod non tota fabula falsa est¹⁹. Credo perinde quod suae verbae queadam veritatem habent tametsi constat eum in Concilio Senonensi non fuisse. Aliquae etenim partes narrationis certae sunt, verbi gratia, damnatio Papae ante appellationem Petri²⁰. Berengarius fortasse auditum exaggeravit. Utique narratio Concilii mira est. Hic aliquas partes:

“Denique post prandium allatus est liber Petri, et cuidam praeceptum est ut voce clamosa Petri opuscula personaret. At ille et Petri odio animatus, et vitis germine irrigatus [...] sonorius quam postulatum fuerat exclamavit. Post aliqua ponfices insultare, pedem pedi applaudere, ridere, nugari conspiceres, ut facille quilibet iudicaret illos non Christo vota persolvere, sed Baccho [...] Denique cum aliquid subtile divinumque sonabat, quod auribus pontificalibus erat insolitum, audientes omnes dissecabantur cordibus suis, et stridebant dentibus in Petrum... [...] Sic iudicant verba luminis caeci, sic virum sobrium damnant ebrii... [...] Inter haec sonat lector, stertit auditor. Alius cubito innititur, ut det oculis suis somnum. Alius super molle cervical dormitionem

¹⁵ Psal. 140.

¹⁶ *Apologeticus*, PL. 178, 1861D.

¹⁷ *Apologeticus*, PL. 178, 1862A.

¹⁸ *Apologeticus*, PL. 178, 1868C.

¹⁹ Cf. Ch. Rémusat, op. cit., p. 234.

²⁰ Cf. *Apologeticus*, PL. 1861A-B; et quoque vide Innocentius II, *Epistola 447*, PL. 179, 515-C-517B, qui simile narrat.

palpebris suis molitur [...] Cum itaque lector in Petri satis aliquod reperiret spinetum, surdis exclamabat auribus pontificum: ‘Damnatis?’. Tunc quidam vix ad extremam syllabam expergefati, somnolenta voce, capite pendulo: ‘Damnamus’ aiebant. Alii vero damnantium tumulo excitati, decapitata prima syllaba: ‘namus’ iniquiunt”²¹.

Et cum grave accusatione contra omnes praelatos narrationem noster scholasticus explicat: “Facientes fecistis, et linguas vipereas in Abaelardum evaginastis. Subversi subvertistis, et vinum absorbuistis sicut qui devorat pauperem in abscondito. Inter haec Petrus orabat...”²². Calamum autem ferocem iuvenis Pictavensis non refrenat: iudices appellat caecos, implacabiles et innocentiae vexatores²³; Concilium quasi bacchanalem praebet... Propter fanaticum furorem pro magistro vel iustam indignationem –vel utrumque– Berengarius calamitatem Abaelardi martyrio Christi comparat: “Qui hi tales egerint, quid decreverint iurisperiti? Evangelica lectio consolatur. ‘Collegerunt’ inquit ‘pontifices et pharisaei et dixerunt: «Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimitimus eum sic, omnes credent in eum»”²⁴. Berengarius etiam in epistola ad episcopum Mimatensem, instat arguere damnationem faci ex opere non lecta, ex voce non audita: “Dammaverat, inquam, Abaelardum, et vocem eius sine audientia strangulaverat”²⁵.

Impetus videlicet Berengarii eum ducit declamare contra quam considerabat abusum auctoritatis Ecclesiae, et audacia eius temptat emendare a se ipso errores quod Abaelardo imputati erant²⁶, id est, undeviginti “monstra capitula”²⁷. Hoc autem promissus est sed non perfectus “quia processu temporis [suum] sapere crevit” et noluit “esse patronus capitulorum objectorum Abaelardo, quia **etsi sanum saperent**, non sane sonabant”²⁸. Pro hoc, epistolam contra carthusienses scripsit²⁹, et post propter inimicos “lucrifactos” in exilio fugit.

²¹ *Apologeticus*, PL. 178, 1858C-1859D, (sic).

²² *Apologeticus*, PL. 178, 1860BC.

²³ Cf. *Apologeticus*, PL. 178, 1861B, C et 1860A (in hoc ordine).

²⁴ *Apologeticus*, PL. 178, 1860B. Testimonium Sacrae Paginae est Joh. 11:47-48.

²⁵ *Epist. ad episcopum Mimatensem*, PL. 178, 1872A.

²⁶ Cf. *Apologeticus*, PL. 178, 1870D.

²⁷ Cf. *Apologeticus*, PL. 178, 1867B.

²⁸ *Epist. ad episcopum Mimatensem*, PL. 178, 1873AB, notatus proprius.

²⁹ *Epistola contra carthusienses*, PL. 178, 1875A-1880A.

Vacandar enim dixit nullum commodum nobis epistolam habere³⁰. Sed contra hoc, credo hanc vehementem denuntiationem plenam ornatorum rhetoricorum, plenamque infamium verbarum saltem meretur studium litterarium; immo si consideramus quod inter omnes duras oppugnationes locum pacis restat: Berengarius *Confessionem fidei Abaelardi ad Heloissam* tradit. Etiamsi narratio non opem praestat ad facta Concilii reddere claria, certe, in Historia Philosophiae fructuosa est. Hoc opusculum mensuram imaginis Petri et mulcedinem eius ostendet, et ergo quoque dolorem inter iuvenes scholasticos qui magistro suo persecutum et damnatum videbant et pariter animadversionem contra Bernardum, qui Abaelardum periculum ecclesia esse existimabat. Denique epistola omnium passionum quae Rhinoceros excitavit in una generatione monstratio est. Ista generatio obstupefacta doctrinis eius, ut Klibansky affirmat³¹, quae continuit, verbi gratia, celeberrimos Iohannem Sarisberiensis, Robertum Melidunensem, Gilbertum Porretanum, Arnaldum Brixianensem et Petrum Lombardum. Fortasse omnes, sed praecipue Berengarius Pictavensis in Petro potius heroem quam magistrum videbant.

Haec bellicosa aggressio videlicet non iustificanda est, sed ubi ira discipuli provenit concipere possumus quod dilectio et impotentia attenuationes sunt. In suo tempore Abaelardus persecutus est; hodie ut illustris spiritus philosophiae reputatur. Luscombe tamen bene dixit: tempus ipsum optimus vindex Petri fuit³².

Denique hic unus inter multos casus est. Historia enim disciplinae nostrae non solum operas philosophicas atque theologicas possidet. Virtus testimonialis literaturae non-philosophicae ditissima est ut non solum situs creationis auctor, scholae vel doctrinae quae studiare volumus considerare, sed tamen condiciones eadem parendi et accipiendi, quia facere historiam philosophiae fontes ampliare exigit. Bene accidit quod Media Aetas multissimas epistolas, denuntiationes atque opuscula non adhuc lectas habet.

Recibido 15/11/2016
Acceptado 12/12/2016

³⁰ Cf. Elphège Vacandard, "Bérenger de Poitiers", *Dictionnaire de théologie catholique*, II, (1905), cols. 720-722.

³¹ Cf. Raymond Klibansky, "L'Épître de Bérenger de Poitiers contre les Chartreux", *Revue du moyen âge latin*, 2 (1946), p. 314.

³² D. Luscombe, "Berengar, Defender of Peter Abelard"..., p. 337.